The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paupertas y
cum fonte primo

O miserabilis conditio mendicantis! Et si petit, pudore confunditur; et si non petit, egestate consumitur, sed ut mendicet necessitate compellitur. Deum causatur iniqum quod non recte diuidit; proximum criminatur malignum quod non plene subueniat, indignatur, murmurat, imprecatur. Vnde Salomon: Melius est mori quam indigere.	O miserabilis condicio mendicantis! Et si petit, pudore confunditur, et si non petit, egestate consumitur, set ut mendicet necessitate compellitur. Deum causatur iniquum quod non recte dividat; proximum criminatur malignum, quod non plene subveniat; indignatur, murmurat, inprecatur. Adverte super hoc sentenciam sapientis: “Melius est mori quam indigere.” (Eccles. 40:29)
Eciam proximo suo pauper odiosus erit.	“Eciam proximo suo pauper odiosus erit.” (Prou. 14:20) “Omnes dies pauperis mali.” (Prou. 15:15)
Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo.	“Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper et amici procul recesserunt ab eo.” (Prou. 19:7)
Innocencius de uilitate conditionis humane.	Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 1, 14 (R.E. Lewis ed., p.115, ll.3-14).